



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### De Vita Et Institutio S. Ignatii Societatis Iesv Fvndatoris. Libri Qvinque

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1665

XXXVI. Animi sui motibus qua[m] perfecte Ignatius imperaret.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10840**

esse cum Deo tranſtandam; conſciendi præſidia quamlibet ſecura, & valida non prius adhibere, quam optati à Deo exitus fidem concepiffet. Quare latos ſucceſſus quibus obtinendis, nihil opis humanæ omiſerat velut ab ea penderent toti, habebat tamen, è cælo gratuitos. Cauſis quin etiam momenti ad Dei obſequium maximi mouendis, principem cenſebat primamque prudentiam, ab humanæ prudentiæ timida, incertiæque amuſſi, auertere aciem, & in iis nunquam feliciter quam auris reſtantibus nauigari, qua mentis perſuaſione ingentia opera, nulla humanitus ſpe fretus ſuſcepit, & per aduerſarios, & infeſtiſſimos incurſus in portum deduxit.

Accedebat his ſummum, in animi ſui motus imperium, amorem poſſimum, & iracundiam; quibus quicquid ineſt ſeuerum, & come, ex nutu diſpenſabat meditata ad vnguem rationis, eo verborum, actionumque pondere, ac modo, quem rerum, & temporis, locorum, & hominum momenta poſcebant. Serena, vt erat fronte, & animo cum Patribus colloquens, non raro contigit acciri ab eo aliquem obiurgatione ſeria emendandum, quo comparente totus ab eo qui erat iam alius, vultus grauitate, verborumque aculeis, videri ardere penitus, culpæ quam carpebat deſtatione & odio; recedente mox reo, placidum oris reſumere, & in ea quam ſepoſuerat, intermiſſi ſermonis tranquillitate pergere, detracta ſibi quam ſibi prætenderat, irati ſpecie, tanquam larua, quæ vultus varios, immoto eidemque animo obducebat. Hinc illa etiam verborum moderatio, tam digeſta & decens, vt ne in ſummo quidem reprehentionis acerbiffimæ calore, indignantis extaret vlla vox, ſed ex æquo, & bono ſingula pendentis. Nunquam illi quempiam excidit, quantumuis exlegem; incompoſitum, immodeſtium, obliuiolum compellare, aut quod affine contemptui, & iniuriæ ſonaret: tota erat reprehendendi vis, in deformitate admiſſi erroris, ad viuum oculis obiectanda, exaggerandæque capitibus ex Dei, peccantis, aliorumque offenſa depromptis. Quare nolebat in iis qui præerant, animi motus, iræ poſſimum, extinctos, planèque mortuos, ſed probè domitos: quibus enim in domibus ſola vel naturæ vel arte quaſita dominatur, immota ſemper, & ſuda tranquillitas, illic dubio procul vitia nidulantur, vt iacente in mari Alcyones, ſic Oliuerium Manareum de abdicando Rom. Collegio cogitantem, quod in eo regendo moueretur ſapius indignatione, quam priuatus extinctam putarat; docuit haudquaquam ira omni carendum, ſed eam, & alios eius adminiculo regendos. Eos tamen aut notæ probatæque virtutis; aut reos errati non leuis eſſe oportebat, quos ea quam dixi ſeueritate obiurgandos, cenſeret Ignatius: de cætero enim rectores plurimum admonebat, cauere ab aſperitate qua ſuos ab ſe, aut facerent alieniores, aut iis ſuſpecti fierent. Quafi forent perſonis potius quam earum lapſibus inſenſi: proin aſperitatem, maxime in eos, qui eſſent imbecillæ virtutis, & ſuſpicioſi, minime adhiberent, niſi hanc publici exempli aut neceſſitatis iuberet ratio, ne mali multo

XXXVI.

Animi ſui  
motibus quæ  
perfecte Ig-  
natiſ impere-  
ret.

L I

plus



plus nascitura inde diffidentia procrearet, quam expectaretur de reprehensione acerba boni. Quod fere tunc evenit cum & ingenium magis impatiens, quam disciplina cupidum, arguit castigatio iusto frequentior; & seueritas nimia obiurgandi, comprimi nescium perturbati animi tumorem manifestat. Quos tamen robusto pectore, & virtute mascula solidos, probabat, habebatque propterea percaros; etiam exilibus de nauis castigare verbis durioribus consuevit, inter quos praecipue Hieronymum Natalem & Ioannem Polancum fuisse video, rara virumque bonitatis, ipsique vnicè dilectos; in quo haec ab tali homine qualem ipsum sciebant, labecularum vituperatio, virtutis pabulum, iis suppeditabat, quos norat profectus heroici auidos, & capaces; debilioribus autem contemnendi sui, & tolerantiae documenta, si quando fieret, vt simili aliaue ex causa perstringerentur, aliqua exprobratione. Verum huic, si fas nominare, artificiosae praestantium hominum increpationi hunc ponebat modum, ne quid de illorum egregia fama detraheret, crebritate illa morosae reprehensionis; è conspectu enim cum abirent, laudabat eos adstantibus, & virtutis gradu quam excelsò starent indicabat, ita iis & sua conseruabatur auctoritas, & admiratio conciliabatur infracti roboris, & ab ictu priuatae publicaeque opprobriationis assiduo maiores animos virisque ducentis.

## XXXVII.

*Mira de-  
votio-  
nis Ignatij  
accommo-  
dandi se sin-  
gulis.*

Suspiciebatur in eo praeterea, illa sagacissima prudentiae cautio, quae se singulorum naturae ac genio sic attemperabat, vt se omnibus non vnum, sed de se vno Rectorum totidem representaret ingenia, & formas, quot essent diuersae illorum quibus praerant formae, & indoles. Solerti enim vultu anatome, ita singulorum dissecabat, & scrutabatur animum, procliuitates, morem, affectuum impetus, & procurus; vt introspiceret eos clare ac penitus, & eorum nemo sibi esset notior quam ipsi. Modum inde cum iis agendi fingebat, seuerum, affabilem; mitem vel tetricum; contractiorem, aut fiducia explicatum, aut demum cuique aptiorem, magisque profuturum, & adhibebat illum facilitate tam prona, & simplici, vt ei & solus, & esse ingenitus videretur: vnde orta quorundam addubitatio, quorum suppressior oculus non satis peruidebat; cur eadem in causa, cum aliis aliter, imo interdum cum eodem diuersè ageret, pro varia eorum opportunitate; ex euentis tamen intelligebatur, quod sanctus admonisset dissimulando, indulgendo, turbando, omnino fieri decuisse. Quoddam autem, minus quantum interfit, ad religiosam gubernationem, inferiores Praepositis esse intimè perspectos, si quem Roma aliò mitteret, eius loci Rectorem docebat per literas quibus esset dotibus praeditus, & quomodo affectus. Atque hanc eandem in aliis ad virtutem ducendis tenebat, explorandi per noscendique viam. Nam etsi constabat vitae illius tenor ex omnium experientia quaecumque possint sanctum effingere, diuexandi sui, precandi, peregrinandi, patiendi assiduitate; voluptatibus diuinis, tentationum incursum, scrupulis, fastidiis, & visis rerum caelestium, magnisque in aliorum salutem laboribus; quibus in virum euaserat adeo perfectum atque absolutum.